



Georgii Macropedii Bassarus fabula festiva.

<https://hdl.handle.net/1874/342141>



GEOR-
GII MACRO,
pedi Bassarus fa-
bula festiuil-
sima.

¶ In sylua ducali apud Geardū
Hatardum. Anno
154.

¶ Georgius Alberto suo
salutem dicit .

Vidisti, ni fallor, mi D. Alberte ante annos
duos aut tres tuo nomini destinatam Bassa-
rum nostram, buam tibi vtiq; anno priori
reddidissem, si mihi negligentius scriptam tran-
scribere vacauisset. Cum tu autem mecum ex-
postulare de promisso non cesses, nunc demum pau-
lulum temporis occupationibus meis scholasticis
suffuratus, eandem recognoui, pauloq; nonnullis in
locis auctiorem reddidi. Accipe igitur mi Alberte
Bassarum nostram, munus quam exiguum ex ani-
mo non ficto tibi oblatum. Quam tamen in hoc no-
mitto, vt calcographis excudenda tradatur, sed
vt inter curas & seria tibi ludicra quædam sint
vulpina Bassari vafricie concinnata, quibus
animum tuū subinde oblectes. Non in hoc
(inquam) vt excudatur, quod nonnullis
fortasse displiceat, quod Sacerdos in-
roducatur, quam in alijs probus,
ad rem tamen familiarem sibi
seruandam paulo quam deo
cet propensior. Vale ex
Traiecto. tertio Ka-
lendas Septem-
bris (..)

ARGVMENTVM IN

Bassarum.

Custos Paręcho Pręfidię Bassarus.
(Quod sordidi essent & tenaces plurimum)

Lepidis dolis cum obsonijs vina abstulit,

Et ad illa edenda eos vocavit vesperi,

Ad intus infidelitate Creoberi, &

Larus suorum liberorum Bacchicis

Fit interim ob tenebras tonitru & fulgura.

Primum Paręcho sacram ad ædem territo,

Dein Creoboro à cruce persequente Ærario,

Spectaculum lepidissimum. Post Bassarus.

Sua singulos cœna soluta opsonia

Magno omnium risu comesse differit.

ACTORES FABVLÆ.

Prologus.

Bassarum, custos.

Bassarum, vxor.

Phorus & } liberi.

Harpax

Hieronymus, pastor.

Graidium, anus.

Corasium, puella.

Enrgetes, præles.

Merimna, vxor.

Dromus, seruus.

Droma, serua.

Creoberus, parasitus.

Ærarius,

Chorus ex morioni-

bus, partim masculis,

partim fœminis larua-

tis.

PROLOGVS. Versu Iambico trimetro.

Priusquam agant res histriones ludicras,
Quiddam volunt spectantibus me serium,
Quod in omnium rem sit futurum, proloqui.
Mensis agitur duodecimus quod vltimos
Exhibuimus de more ludos scenicos.
Cuius rei explicabo causam duplicem.
Anno fuere superiori maleuoli,
Qui garrientes publice & priuatim, eo
Dementiae venerere, vt & blaterauerint
Nos quoslibet, tum ecclesiasticos viros,
Tum seculares praesides taxare, ad haec
Veterem instituire denovo comœdiam.
Quid patimur? An quod anilibus tritis quom
Ex fabulis risus iocosq; mouimus
Subinde spectatoribus, cum maxima
Nostrum omnium eruditione, dicimur
Taxare ob hanc rem quoslibet, veterem quoq;
Comœdiam renouare vetitam legibus?
Quid Aluta, quidve Andrisca cum Rebellibus,
Atq; id genus aliae obfuerunt fabulae, ijs
Qui candidi ac liuore fuerant liberi?
Si his fabulis sese putant taxarier,
Nihil profecto tam sacrum, tam dexterum,
Aures quod has tenerrimas non laeserit.
Sed & alij fuere qui adoloscenzulis

3
Magne obesse q̄ prodelle ludos scenicos
Contenderint, quod ex theatro (vt plurimum)
Vel proniores carnis ad lasciuam
Euaferint, vel egerint licentius,
Vel vixerint proteruius, quasi vitium
Non indoli hominis insitum, sed ex ijs
Tantummodo quæ agit videtve, pullulet.
Quanq̄ tenellam mentem ephebi & lubricam,
Fædis logis aut gestibus minime nego
Subinde deprauarier, quales quidem in
Proscenio nec decet agi nec dicier.
Plus gratiæ & probitatis (ausim dicere)
Deprehendi in ijs, qui libere & fœliciter
Egere ludos in theatro scenicos,
Quam in ijs frequenter, qui (perinde ac ad Iyrano
Asini) ob stupiditatem vel ignorantiam,
Rebus gerendis sunt inepti dextere,
Aut per socordem ignauiam angulos amant.
Quo alijs alacre rem scenicam tractantibus
Vel ipsi inertes ferientur, vel alios
Ob lapsum in aliquo verbulo derideant.
Non damno eos tamen, quibus animus a deo
Tranquillus est, vt candidi spectantibus
Iungi eligant, q̄ turbulenti actoribus.
Varijs enim natura varias inserit
Doctes, & altera alteram non improbat.

Quod si ex grege hec aliques reperias improbes,
An tu mihi haud tales futuros asseres,
Nisi prodissent nostrum in hoc presceniū?
Quid cæteri qui hic sunt, vel hinc Laudanum
Vestram ve Dauentriam profecti, ad hæc
Nunq̄ citati erunt agenda ludicra, an
Nunq̄ rebelles in prebi ve euaserint?
Et hæc quidem contra amulos, & contra eos
Qui somnijs suis, suis phantasmatis
Nec hastenus nostro bene, vestroq̄ ves
Priuare honesto munere egerunt satis.
Cæterum vbi vidimus grauissimis viris
Deestisq̄ nostrum displicere silentium,
Decreuimus ioces dolosq̄ Bassari
Vobis modo exhibere festiuissimos.
Qui Præsidem, & Pastorem, & alios ad sua
Ipforum edenda conuocauit ferula.
Videte dum ne Præfidis vocabulo
Præfectum habendum existimetis vrbicum.
Pagana, agraria, rudia erunt quæ agenda sunt.
Et propemodum omnis apparatus rusticus.
Spectate, state, filete, Bassarus exist.

ACTVS PRIMVS.

Scena prima. Iambici trimetri.

Bassarus, Bassara.

PRodi vxor. Ba. hem. Bas. memento adire
tempori

Forum cupedinarium, & mercarier

Capos dnos, anatesq; totidem, & anserem,

Armumq; arietis dexterum. Nam vesperi

Epulari & exporrigere frontem destino.

Scis nempe carnivalia. Ba. Atqui pauca

Nostræ familiæ sufficere equidem reor,

Quæ ex corte nostra facile suppeditauero.

Bas. Apage cohortales aues, nam & optimos

Mihi quosq; cum suis vxorculis viros

Acciuro. Ba. num Pastor aderit? Bas. quid rogas?

Primas erit. Quid absq; Bitho Bacchius?

Hunc suauiter (si fors ferat) mulgebimus

Ba. Probe, vt subinde assueuimus. Vereor tamen

Ne (qua laborat) podagra desidem domi

Cœnare cogat, atq; motus terreat.

Bas. Quin tu taces? Ducendus est, gestandus est,

Vehendus est. Abiocyus, caue occupent

Te pluuia, chasma, fulgur, & tonitru imminens

Ba. Quod tñ mihi bone vir tonitru somnias

Hoc mense Martio? Bas. Num abis loquacula?

Vidēsne abhauffro liuidas glomerātes
Nubes, polumq; obducier? Vade ocyus,
Euentus ipse dicta mox probauerit.
Ba. Vadā. heus puella. Bas. heus tu. Ba. quid est. Bas.
Morare, dū pro lectitandis vesperis (pauillulā.
Ex more cymbala pulsitem, nam ā prandio
Iam sonuit hora tertia. Audistin? Ba. licet.
Bas. Fortassis ex Pastore non nihil interim
Rescibo nobis commodum. Ba. fieri potest.
Iam dudum enim ad forum aniculum misit. Vale
Bas. Vtinam madescat vxor ad viuam cusem.
Vt debitam sibi ferat mercedem, eo
Quod obstrepat semper mihi atq; obganniat.
Quid Præsidis parasitus eminus boni
Adferet? habet quod cruciat. Absq; causa enim;
Nec obambulat solus, nec it sine Præside,
Tacitus morabor hominem, vt audiam & sciam.

ACTVS I. SCENA II.

Trimetri.

Creoborus, Bassarus.

CAnunt poëtæ sospitati Ioui
Pitharchian fuisse amatam coniugem,
Eisq; filiam fuisse Eupraxian.
Id perperam finxere, vt ipse intelligo.
Sunt namq; nunc omnes Ioues olethrii.
Harpyia coniux vniformiter omnibus,

5
Ex qua pari ratione *Dysichia* oritur.
Obtempero vsq; diuitum tum legibus,
Tum moribus, tum nutibus. Volunt, volo.
Negant, nego, & lingua bilancis facilior,
Assentor vsq; & obsequor. Verum mihi
Nil præter Infœlicitatem nascitur.
Et pessimum Infortunium. Nil commodant,
Nil dant egenti diuites. Manus suas
Ad largiendum contrahunt, sed ampliter
Ad detrahendum porrigunt, quod Præfidis
Ex opere planè conspicio. Bas, quid Præfidem
Sugillat? audire libet ipsa plenius.
Creobore. Cre. quis me nominat? Bas. qui te colit.
Cr. Nuge. Bas. q. amat. Cr. bullè. Bas. q. honorat. Cr.
Bas. Qui te uutrit. Cr. pol hac beas sentètia (fabule
Nisi nutrias, non me colis. Bas. miser, quin assides
Tuo Ioui? Cr. is me exclusit, vt eum strangulet
Supremus ille Iuppiter. Bas. nã flagitium
Admiseris, propter quod expulit domo.
Cr. Flagitium id omne iudicat, quod non suo,
Marcas ducentas attulerit ærario.
Bas. Bona yba. Cr. bona merda. Bas. hẽ, qd aetũ est?
Cr. Scin' hoc die fures duo affixos cruci? (explica,
Bas. Scio, perge. Cr. dum super hoc veluti factobñ.
Negocio adeo gratulaturus virum,
Abi (inquit) in rem pessimam, nil comedas.

Si defuliffem diuites grauioribus
Obnoxios facinoribus, quos penfiles
Feciffet in fumario Ganimedis in
Locum quidem succederem, nunc autem (vt is
Qui dira nunciat) abigor indignis modis
Longe à caniftro, & enecor fame mifer.
Baf. Fors coxit aliquid lautius, quod & ſibi, &
Vxorculæ, & ventri tuo haud ſatis foret.
Cr. Famula apparabat anferem pinguiſſimum,
Quem (neſcio quibus) inſuper murenulis
Inſarſerat. Iouis cerebrum dixeris,
Si quippiam coctum ex eo guſtaueris.
Nihilominus larido & bouillis carnibus
(Si ſumen, & ſarcimen, extra queq; adſient)
Contentus eſſet hoc die hercle Creoberus.
Baf. Veri ſimilia loquere. Sed age, nil eſt demi
Quo victites? **Cr.** Ita me iuuet Dea Saturitas
Beata, præter ſacculum iuglandium
(Quem ad amiculorum gratiam à Dionyſijs
Subinde captandam, hoc die ſeſtertijs
Emi tribus) domi eſt nihil. **Baf.** nihil? **Cr.** nihil.
Baf. Te ſi quis ergo veſperi inuitauerit,
Haud ſenſerit difficilem (vt auguror) admodum.
Cr. Non admodum, nec pallium mihi ruperit.
Baf. Si operam tuam mihi veſperi locaueris,
Faxo domi meæ anferem nihilo minus

Lantum vobis, Cr. quicquid vobis futurus est
Creoborus, etiam si catellum iusseris
Fieri, atq; sub mensa ossa prorum rodere.
Bas. te laudo. Trade itaq; mihi clauem domus,
(Quam habere iam dudum scio te) Præsidis.
Cr. Et promus & condus mea atq; Præsidis
Domus es. hem clauis tibi. Bas. bene est, abi.
Et exeunti templum adesto præsidi,
Vt hac euntes te atq; eum ad cœnam vocem.
Cr. Secū haud sine me cōgredi. Bas. sequere eminus.
Abi, cuiq; nequa fiet suspectio.
Graidium adest ancilla Pastoris, cui
Loqui me oportet anteq̃ pulsem. Cr. auolo.

ACTVS I. SCENA III.
Trimetri.

Bassarus, Graidium, Hieronymus.

VT anicula hæc suffarcinata est. Irides
In morē onusta flectitur. viso quid habet.

Gr. Hieronyme, domine Pastor, exili foras.

Bas. En improbam mulierculam, foras virum,

Qui ægerrime suos mouere pedes valet,

Huc euocat. Hic quid stulta me foras vocas?

Quin hæc ferebas intro, vt cfferres mihi?

Gr. Vt luce clara perspicere queas here,

Quam pulchrum, obesum, & regiū capum, & alios

Pullos tibi paruo admodum mercata sim.

Es pōdera. Hic. egregius profecto, & optimus
Meo tuōq; Graidium & Corasij.
Meæ palato. Abi, repone, & appara.
In aquamq; frigidam falernum mergito,
Quo nil saporis optimi per aëris
Tollatur intemperiem. abi. Gr. memorem mones.
Bas. Prudenter hoc. Non haëtenus videre me.
Iam tempus est accedere hominem & alloqui.
Salue domine Pastor. Hic. salus tibi quoq;
Amice custos. At quid est quod cymbala
Non pulsitas, cum iam sit hora tertia?
Bas. Noui, atq; in hoc ipsum aduolo. Primum tamē
Te conuenire volui, & inuitare te
Ad coenam amicam & sobriam, quod & velim
Ne quo modo mihi recuses aut neges.
Soli erimus, atq; horam per vnam aut alteram
Blande & suauē cuticulam curabimus.
Hic. Ago gratias tibi maximas Bassare tua
Pro beneuolentia, dolcoq; plurimum,
Quod respondere non queam votis tuis,
Ob maximum pedum meorum incommodum.
Scis quoq; dolorem omnem grauari in vesperem.
Bas. Non est quod excuses podagræ incommodum
Ducemus, aut gestabimus, si deniq;
Necesse sit, rhedæ incubantem te domum
Vellemus. Et, solatio dolor interit.

Hic. Ne quæso iam molestus es bone Bassare,
 Quia poena grauior est mihi, q̄ indulgeam
 Gulz atq; comessationibus. Tu abi ad
 Edem sacram, quia Præses vltro se ingerit.
 Bas. Quærendus est tamen homo, qui cum victitum
 Hic. Si quæris vnum, inueneris decem. I sequor,
 Vix expuli importunius vocantem. Ades
 Mea Graidium. Bas. per herculem intus & in cute
 Hic hypocrita sum. Si possit hoc laute volo
 Spoliarier, nullum Deo fieri queat
 Sacrificium acceptius. Hic. Adesne Graidium?
 Iam pulsat. Gr. hē. Hic. me ducito in tēplū. Gr. licet.
 At melius est, accludam vt ostium, prius
 Quam abeamus. Hic. ecquid tu times? Gr. memini
 Hac negligentia tibi ablatā suam (equidē
 (Iam nunc dies est tertius) maiusculam.
 Hic. Hæc mitte, meq; sustine, haud patiar moram.
 Edituus en munere suo defunctus est.
 Gr. Video. Hic. caue nostram sciat opulētiam. Gr. Is
 Iam Præfidi loquitur, molestus non erit.

ACTVS I. SCENA III.
 Trimetri.

Bassarus, Bassara.

ETiā si Apollo è tripode suadeat, haud queat
 Prudentius quicq̄ inuentre aut æquius,
 Quam quod obiter Præses mihi suggestit, vt

(Si quo modo fieri queat) Pastor sub
Quæ clanculariæ gulæ studio apparatus,
Spolietur astu opsonijs, & ad eadem
Edenda cum probis vocetur vesperti
Sodalibus, quo liqueat omnibus palam
Prætextus ægritudinis quæ minans est,
Quo subdulus meam adire cœnam pernegat,
Iam faxit æquus arbiter iustus Deus,
Vt facilem huic dolo statim inueniam viam.
Putabat ille seram obditam ostio, ast ego
Contrarium spero. Hic enim, etsi parcus est
Soler esse negligentior. Tentandum, crit.
Heus vos. Per Herculem seratum est ostium.
Hoc neuti quàm. Quin' in' rorumpo, vt omnia.
Ba. Quanta imminet pluuia, & vir haud reuertitur.
Nec tamen abire ausim, nisi ille iusserit.
Ecastor infœlix, viro quæ subiuga est,
Cui non licet vel ire vel redire, dum
Libet. Sed eccum, egreditur ædes concitus
Pastoris, & sub pallio aliquid occultit.
Ba. Quàm furto in ipso pertimescunt vndiq;
Fures adortum, id ex meo negocio
Consydero, despicio num quis me vel à
Tergo vel à fronte, aut sinistra, aut dextera
Suffarcinatum spectitet. Ba. quid respicit
Demens, quasi expilauerit iam ærarium? Ba. hui,

8
Quæ illa est? Ba. ades tædæ? Bas. vxor est, is salua res.
Ba. Quid serius redis? quid oculis improbe
Sub pallio? Bas. taces ne tu cacolalia?
Viden' penum totum? Morare paululum
Dum regrediar foras. Ba. quid est quod vir meus
Tractat doli? num laridum vt ante sacrificio,
Sic modo penum omnem sustulit. Bas. tetigisti aco
Rem Bassara. modo perge citius ad forum
Quasi multa sis emptura, nil tamen domum
Latura, præterquam mei Pastoris hunc
Capum, canistro quem tuo (vt vides) ob hoc
Imposui. Adhuc sunt alia quæ his addenda sunt,
Ad quæ cum amicis cæteris Pastor quoq;
Vocandus est. Quæ reliqua sunt cum redieris
Narrabo. Abi. ipsi rem interim curabimus
Domesticam. Ba. da. vado q̄primus hic ero
Bas. Dū abit illa, ego ingressus, viam, modū, & ordi
Mihî cōminiscar, vt quod est de Præside (nem
Effectui citius queat inaudirier,

CHORVS.

Iambici chorici, & varij.

Vi edit bibitq; sordide

Is stultus est, Is stultus est, Is stultus est.

Geniūq; fraudat proprium,

Is stultus est, Is stultus est, Is stultus est, Is stultus est.

Qui creber in conuiujs

Dementior, dementior, dementior,
Ventre refecit crapula,
Dementior, dementior, dementior, dementior,

Qui perit ob escam corporis,

Stultissimus, stultissimus, stultissimus
Mentis salutem negligens.

Stultissimus, stultissimus, stultissimus, stultissimus.

ACTVS SECVNDVS.

Scena prima. Trimetri.

Harpax, Bassarus, Phorus.

Sumus ne personati, vti pater volueras,
Vtscite agamus Mommios sub vesperem?
Bas. Sat pro mea sentētia. Har. quid igit est
Quod agendum in ædibus volebas Præfidis
Num serium est an ludicrum? Bas. loquere tacitus.
Tu Harpax tene hanc clauem, quæ in ædes Præfidis
Te duxerit. Har. quid postea? Bas. audi plusculum.
Huc Præses ad cœnam vocatus, anserem
Domi coquit cum cæteris obsonijs.
Har. Hæc fraude tolli huic cupis. sed nescio
Quo pacto id exigi queat. Num ibi verubus
Detrahero? Bas. certum modum docebo te,
Si non rei magis commodum dispexeris.
Atrium viri obseruato, alia nihilo minus
Specie tenus in vicinia pertractitans.
Cogetur autem vxor sub horam septimam.

Nondum viro domum reuerſo, & omnibus
Iam epulis paratis opipare, huc concedere
Cum vernula, (quod cum alio abiſſe veſperi
Non ſuſpicabitur) atq; ſciſcitarier,
Mecum ne cœnaturus an domi fiet.
Quibus ſerata ianua exeuntibus,
Tu age Harpaga, ne canis quidem in te mutiet.
Har. Conſilia laudo, ſat dixi mihi pater,
Quid Phorus hic frater meus facturus eſt?
Qui vnas in ædes irruent fratres duo?
Baſ. Tu Phore clauim hanc alteram cape clanculū,
Et ſegregatus hora ad hanc rem congrua à
Fratre, introi domum latenter Creobori,
Pho. Quid inde ſurrepturus? an phaſidis aues,
Arto creas ve, aut ſumptuoſa edulia?
Vix panem habet Creoborus hic quem deuoret.
Baſ. Sile parumper. In angulo primo caſæ
Statim ab oſtio offendes nucum iuglandium
Saccum reſertum ad dexteram, hunc tibi ſurripe,
Ph. Poſt illa quid? Baſ. negotium qui abſoluerit
Prior, latebit in angulo cranjarij,
Ibiq; dum veniat, morabimur alterum.
Har. Probe, faceſſimus. Baſ. ſed heus vos, cautius
Agatis hæc oportet, ac ſagaciter,
Nequa accidat vobis mihi ve pudefactio.
Har. Cautiſſime. Baſ. ſi digne (vt ipſe peruelim)

Res exequamini, profecto nil erit
Spectaculo hoc iucundius vel celebrius.
Præsidio erunt tenebræ, tonitrua, fulgura.
Har. Cura omnis absit, melius hæc q̄ ipse cupias
Geremus. Ingredere, fores templi crepunt.
Ph. Exit sua Pastor cum anu. Quantum strepet
Cum senserit sibi auolasse opsonia.
Quantum strepet. Har. taceo ne quid audiat,
Vsq̄ ad tenebras hanc tabernam intremus, &
Quod dixerint exaudiamus clanculum.

ACTVS II. SCENA II,
Trimetri.

Hieronymus, Graïdium.

TE transfer huc (quoties tibi dicam) latus
In dextrum. Gr. at plus in sinistro tibi pede
Doloris est. Hic. anus habent semper aliqua,
Quibus virum sermonibus recalcitrent.
Scin' hoc magis læuum latus stabilierit,
Quo dexterum mihi fulcias robustius?
Incede placide. Quomodo opsonia tibi
Coquenda sunt mea Graïdium? an torrebimus
Simul omnia, an partim opipare elixabimus?
Gr. Sine me coquenda coquere, vel tibi alteram
Conduce. Hic. nolij irascier mea amicula,
Sed morbo id (obsecro) verbulum mordacius,
Quod ab ore lapsum est, imputa. Gr. capū ego qdē

10
Nouēmq; ficedulas verū affixos coquam,
Duosq; pullos primulum elixabo aqua,
Dein croco, pipere, cināmomo, & saccharo
Bacchum imbuiam. Hic. recte. Gr. & in eo excoctos
parum

Tibi iurulentos offeram. Hic. hoc veneris epulū est
Mea Graīdium. Nunc vade amabo, dum licet,
Et aduoca neptem meam Corasium,
Vt veniat in crepusculo. Gr. vadam. Hic. ocyus
Vadas oportet, ne occupent te tonitrua,
Tantisp̄ hoc ego desidebo ad ostium,
Cauebo nequis introreat clanculum
Crepit ostium vicinum, & ipse Bassarus
Procedit, vt suam moretur Bassaram.

ACTVS III. SCENA II.

Tetrametri.

Bassarus, Bassara, Hieronymus.

Videbo si ne redeat vxor. Futile est Hercule
Genus omne feminarum, inane, pertinax,
proteruiens.

Si insaniam nisi sponte ducta neutiq; reuertitur.

Sed eccā eā. Iam tandē ades mollicula? Bas. quid vir
strenue?

Nūqd volare solet homo, vt me tarditatis arguas?

Bas. Pro foribus est, capum eximes. Ostende quid
mercata sis.

Ba. Hem tibi. Bas. papæ, pinguisimum profecto ca-
pum, & optimum,

Nobis quidē sufficeret vnus hic āpliter, qd vxor hos
Pullos? qd anserē? qd has septē quoq; huc ficedulas

Magno redēpta cōgeris? Ba. qd edāt vocati amicali?

Bas. Nō spero vēfuros modo aēris per inclementiā.

Paſtorq; adesse nō cupit. Ba. Nō cupit? at hoc spera?

Hic. Cuperem equidem, si nō similia com- (uerz.

parasset Graidium.

Bas. Spectata sunt satis. I coque oīa in diē crastinum

Redit quæ abierat anus, subauscultabo qd renūciat.

ACTVS II. SCENA III.

Tetrametri.

Hicronymus, Graidium, Bassarus.

Propere redis mea Graidiū, quid virgo dixerit

Gra. Sese abfuturam ait in crepuscu- (refer.

lo, Hic. bene est, facilem ne se

Præbat an difficilē? Gr. ait se modo vocatā à pluri

Ven; tibi vni obtēperaturā libēter vesperi, (bus.

Propter suam ergo se fauorē, gratiam, & donaria.

Hic. Eamus intro. sunt em̄ in vado oīa mea negocia

Iam posita. Bas. vide ne mox charybdin irruas. Hic.

reſera ostium.

Gr. Trahe pessulum, quia nō seraram, humero meo

nixus præi.

Sequor. Bas. sequere, cernes (quod aiunt) auololasse

passeres.

CHORVS vt superior ex Morionibus psonatis.

Q Vi colligit vanas opes
Is stultus est, Is stult. &c.

Sibi suis ve liberis.

Is stultus est, Is stultus est. &c.

Qui prodigit substantiam
Is stultior, Is stult. &c.

In sordibus ve vitur,

Is stultior, Is stult. &c.

Qui lucra captat impia,
Stultissimus, Stultissimus. &c.

Mentis salutem negligens

Stultissimus, Stultis. &c.

ACTVS TERTIVS.

Scena prima. Iambici trimetri.

Bassarus, Præses, Dromo, Creoborus.

O Iuppiter quantam aëris caliginem
Hæc monstra nubium adferent conti-
nuo. Nam

Tam horrēda nūc imago tēpestatis est;

Vt imminere haud absq; causa quispiam

Mortalibus putet dtē nouissimū.

Est nempe Martij initium, quem vt autumant

Mundo fuisse mensium primū omnium,

Ita suspicor fore omnium nouissimū.

Nihilominus iam & bibere oportet & edere
Quisnam o Dij, quis illic est, qui properat huc
Nisi dubius aspectus meos fallit oculos,
Is præses est cum puero, & ipso qui eminus
Ytruncq; sequitur Creoboro. Næ Præses est,
Qui dignitatis negligens suos gradus
Grandire cum vulgo haud veretur, nec famen
Grandem procellæ euadit impiger impetum.
Pr. Nullum inferorum numinum sub tartaro
Reliquum puto, tantis quod aër plenus est
Impressionibus. Solum tremit & strepit,
Cælum obstrepat, nubes coruscant, fulminant,
Et mugiunt, & vis procellæ maxima
Cogor velim, nolim hunc adire Bassarum
Bas. Huc huc ades, ne præteri heros, huc ades.
Præ. Quis me vocat? Bas. ego Bassarum ne præteri.
Ades ocys. Pr. salue. Bas. salus tibi. Pr. o dij
Quanta omnium elementorum adest confusio.
Chaos vetustum mox futurum suspicor.
Hoc excute puer pileum. Dr. faxo here libens.
Pr. Cogor velim nolim hic manere vesperi.
Bas. Quàm gaudeo cecidisse sic mihi tesseram.
Quo (etsi velis quidem) negare non queas
Nobis tuam præsentiam. Vocaueram
Hieronymum, verum is (quemamodum tibi
Modo suggerebam) pernegabat subdolus.

Nisi tu aduenires, solus edissem domi.
 Pr. De opsonio quid actū? Bas. Id incidit mihi in
 Casses mecs. rem omnem tibi intus dixerō.
 Pr. Euge. Bas. Parasitus eminus cur spectitat?
 Pr. Offendit is me per suam impudentiam.
 Bas. Remitte misero noxiam. Pr. abeat impudens.
 Bas. Sequatur umbra, quod sine umbra corpus est?
 Sequere intro. Cr. ago tibi gratias mi Bassare.
 Bas. Ingreddimini, à Pastore crepuit ostium.
 Ecce duos, audire gestio procul,
 Quid dixerint: —————

ACTVS III. SCENA II.

Tetrametri catalecti.

Hieronymus, Graëdium, Bassarus.

Dii superi & inferi, & quod vsquam est nis
 minum sub sole

Et terreant, & puniant, & dissipent te ifurem
 Qui mihi suem anseremq; nuper abstulit, modoq;
 Sub luce clara opsonijs priuauit vniuersis.

Gr. Furem admodū (quicunq; is est) notū tibi fuisse
 Suspitor, & ædium tuarum latibula penetrasse.

Nam in intimis penetralibus scite vniuersa locata.

Hie. Scite quidem tu cūcta, sed si ianuam clausisses,

Me miserum ad infelicitatem hand vltimam haud
 duxisses:

Gr. Sile, miser, nam in me tuā torquēbis incitatem?

An non ego vna claudere volebā ostiū, & nolebas?
 Tu solus es ob incuriam causa omnium rapinæ
 Hic. Quid multa opust' cōtentione? ego solus infce
 Vexor podagra, laceror inuidētia civili, (lix sum.
 Pars habeo, multū debeo, & qd habeo nō p̄mittor
 Tenere per furum licentiam. Quid vnam p̄ter
 Restim mihi reliquum? Sed & puellā adesse credo,
 Quam si repellam, fecero indignissime, & clamabit
 Me sordidū esse & improbum. Sin recipiā, nil est qd
 Tam delicate apposuerō. p̄ter tomacla cruda.
 Neq; credet infortuniū qd accidit. Gr. bono aīo es,
 Noui qd in negotio hoc agendū erit. Hic. qd? Gr. cu-
 Te iā vocauit, adibo, tēq; dixero venturū (stos
 Cū istac Corasio. Hic. recusauit, haud recipiet vltro.
 Sese ingerentem denno. Gr. suscipiet & libenter,
 Quod coxerit sat abūde, vt ipsi vidim'. Hic. tētato.
 Vade citius, si fors queat p̄uortier puella,
 Gr. Ingredere tu nix^o bacillo, ego Bassaro suadebo.
 Bas. Suadebis optime, sed illam neutiq; p̄uortes.
 Secuta nanq; Hieronymum latenter est ingressa.
 Morabor aniculam, vt audiā doli insiti commenta^o

ACTVS III. SCENA III.

Tetrametriacatalecti.

Graidium, Bassarus.

V Ideo ne quendā assistere hisce pro ædibus?
 Bas. compello eam.

Salve Graidiū. Gr. Salu⁹ esto plurimū optie Bassare.

Baf. Quid te expulit foras in hac tanta aëris inle-

Gr. Merito rogas, ob maximū infortu- (mentia.
nium. Baf. Infortunium?

Papæ, quod infortunium? Gr. paucis tibi narrauero.

Ficedulas tantum duas domino meo redemeram,

Ad vesperam refectiunculam, quod æger esset, &

Podagra laborās nūc acerbius. Baf. scilicet, per aëris

Turbationē. Gr. ita est. si le parū. Vbi dedisses vespis

Signū canēdis primulū, ex templo vocat me, & ad sa-

Se ædem ocys ducā imperat. Quid multa, (crā
abimus & redimus, &

Ficedulas à felibus prorsus voratas cernimus.

Baf. Quid audio? Gr. hoc quod res. Baf. graue infor-
tunium per Herculem.

Gr. Audi amplius. Superuenit modo honesta virgo,
vt visitet

Pastorē in egritudine, & nihil est qd apposuerimus.

Baf. Fœdū & remittere. Gr. & qdē fœdissimū, ob ca-

Baf. Pastorem, & ipsam virginem, & te liginera.

Graidium voco denuo ad

Comuiuium. Gr. quin ipse postulauit hoc obnixius.

Baf. Venite, adeste, ego pro virili faxo cūcta parata

Gr. Referēda gratia est. nec irremuneratam (sint.
finet herus

Hæc, bñuolētiā. Vale. Baf. Vale vt mereris improba,

Cum omni tuo mendacio. Heus. Gr. quid vis? Bas.
vt adferas duo

Cese suis farcimina. Gr. duo scilicet, quasi cū sine hoc
Sublata furto nescias. Bas. vale tuis cum sordibus.

ACTVS III. SCENA III.
Trimetri. Bassarus solus.

Detestor ego tenacitatem in muliere
Quæ ingenita eidem non potest euellier.
At in viro execranda multo maxime
Quod hanc sibi natura honesto ac libero
Accersat. aut sic sordidæ mulierculæ
Sese obliget, vt illius in sententiam
Totus velit nolit feratur sordidus,
Ad hoc enim sordida tenaxq; nititur,
Vt si in virum pro arbitrio imperium obtinet,
Ex liberali reddat hominem sordidum
Cuius vel ipse testis est mea Bassara,
Quæ si queat, me secum avarum redderet,
At testis hæc locupletior versuta anus,
Quæ sordibus virum probum dolo implicat.
Detestor. Atat, vt tonitruum hoc me perculit.
Re ipsa profecto stultus est, qui se domum
Non recipit, at non admodum procul à cruce, at
Procul hinc, reclamationis quispiam. consultius
Ego fugerem, nisi proximus Pastor foret,
Qui amiculum adducit tripes, præcunse anæ

Cum lumine. En q̄ blanditer garrit sua
Cum garrula anicula, & puella amicula.

ACTVS III. SCENA V.
Trimetri.

Hieronymus, Bassarus, Graidiū, Corasium.

Cognata ades. Co. ze pone seq̄r. Hie. ades mea
Corasium, & mihi à sinistris iungere.

Ad opiparum conuiuium te duxero.

Co. Quantumlibet sit opiparum, non duxeris,

Si præscissem, quod me in aedes alteras

Traduceres. Detestor has sordes tuas,

Fœdeq̄ mendicata ab alijs fercula.

Hie. Ne id dic amica Corasium, nam pluribus

Viri inopiam cupedijs ditauimus.

Co. Quid audio? Hie. atq̄ opsonijs. Co. opsonijs?

Persuadeas? Hie. vel hanc roga. Quid dixeras

Mihi Graidiū? Num accepta erant quæ missimus

Modo Bassaro donaria? Gr. acceptissima.

Bas. Res mira, cum nil miserint, sua iactitant

Coram puella munera. Hie. Loqui pergito.

Quid inde noster Bassarus? Gr. te dapilem

Hie. Quid inde? Gr. te probum. Hie. quid inde? Bas.

te improbum, &

Hanc pestilentem forminam. Hie. venefica iam

Siles? quid inde? Gr. te fore acceptissimum

Tuapte cum Corasio. Co. si sic habet,

Menti meæ auferet scrupulum. Bas. en astutiam
Huic dolo quis non dolo respondeat?
Nodo malo cuneus malus querendus est.
Sed tempus est nunc alloqui. Quos audio?
Num pastor est? Ipsus profecto. scipio
Quo graditur ipsum nunciat. Te plurimum
Saluere iubeo Pastor obseruande, dein
Reliquam familiam. Nescio per Apollinem, his
Quod lætiores hospites susceperim.
Hic. Ago gratias mi Bassare. Adco lassus ex
Itinere factus sum, vt queam vix hircere.
Bas. Credo. Ingredi iubet aura, & hora postulat.
Præite, ego ostio serato mox sequar.
Iam teneo vtrunq; sordidum. primo alterum,
Si possim vtrunq; stringere, id lepidissimum. At
Res expedita ex parte deprehenditur
Quod alter ad craniarium nucibus strepat.

ACTVS III. SCENA VI.
Trimetri. Phorus solus.

E T si tenebræ noctis ijs quidem sient
Incommodæ, qui vel legunt vel scriptitant;
Gratæ tamen sunt furibus & adulteris,
Studentibusq; clancularijs dolis.
Conscendam in hoc craniarium, vt fratrem morceri
Me nullus hinc turbauerit. Quin & pedem
Si quisquam in hanc ædem sacratam tetulerit,

His ossibus larvisq; territus, magis
 Regredi volet q̄ progredi. Verum interim
 Saccum aperiam, nucibusq; fractis nucleos
 Eruam vt edam. Sonitus, tonitrus, crepitus, hinc
 Manes, striges, lemures, & orci numina
 Ex hoc asylo neſiquam me mouerint.

ACTVS III. SCENA VII.

Trimetri. *Merarius solus.*

Prouerbum vetus est, Tonantem fulmine
 Nunquam latrinas aut patibula euertere.
 Qua propter sub hac cruce puto consultius
 Jacere, dum reddatur aura mitior,
 Quam temere (vt inquit) tonanti oppedere.
 Opicea nox, quæ intermicante fulgure
 Subinde candicas, quid ostendis mihi?
 Huic videntur hoc die affixi cruci
 Fures duo. At quid expauesco à mortuis?
 Me ad territandum neſiquam descenderint.
 Pendete vos, ego dormiam tantisper hic,
 Dum hac trāsens me quispiam excitauerit.

CHORVS. Dimetri & Monometri.

Qui sibi placet q̄ magnus est,
 Is stultus est, Is stult. &c.
 Altusq; cui status placet,
 Is stultus est, Is stult. &c.
 Qui dignitates appetit

Is stultior. Is stult.

Et ambit hic potentiam,

Is stultior. Is stult.

Qui inflatur amplitudine

Stultissimus. Stultiss.

Humiles ve celsus despicit.

Stultissimus. Stult.

ACTVS QVARTVS.

Scena prima. Trimetri.

Præses, Bassarus, Creoborus.

S Euit mehercle Iuppiter iratus nimis,
Vix ego pedē ausim efferre lumine præuis
Foras, & hic gabalum adire iactitat.
Quid adhuc ne cōuēta rata fuas Bassare?

Bas. Ego ne esto, staboq; conuentis. Pr. ades

Ignauiz Præses, Cr. licet, Pr. iactantiz

Princeps, Cr. licet, Pr. rex impudentiz. Cr. licet.

Pr. Mendacium, voracium, rapacium,

Et heluantium Imperator, heus. Cr. licet.

Pr. Adhuc ne ades tot prædicatus laudibus?

Cr. Adsum, quid est quod me iubebis exequi?

Pr. Dixti ne adire quod audeas furum cruces

Iam vesperi? Cr. dixi equidem, & ilicet exigam.

Bas. Audistin' illi? Pr. haud fecerit. Sed rememoret

Conuentionem. Cr. denuo quid expetis

Tempus ferit? Conueneratis hoc modo.
 Si inter for ignes fulminum, tonitruum,
 Et chasmatop vtrosq; creta patibuli
 Notare postes audeam, tu solueres
 Hoc symbolum, si quo minus, idem Bassaris.
 Tentabo rem, tamen interim tu Bassare
 Pulsare campanas sacras ne negligas.
 Bas. Abi igitur hinc, Pr. haud fecerit. Bas. si haud se-
 cerit.

Beaberis. Cr. me sancta seruet saturitas.
 Bas. Periculo alterius quidem nostrum ille abiit.
 Quid in tenebris promicare conspicio?
 Domus tuæ fortasse fuerit quispiam.
 Pr. Poterit quidem. moremur hic laternulam,
 Quamuis tonitrus introire suadeat.

ACTVS III. SCENA II.

Trimetri.

Merimna, Ancilla, Bassarus, Præses, Dromus.

Q Vis recta in ædes Bassari nos duxerit,
 Cum nec in agro nec in platea quispiam
 Ob æris commotionem appareat?
 Pr. Pol vxor est. Anc. vox quæpiam inter turbines
 Aures meas pulsare sentitur viri.
 Ausculta hera. Pr. Ancilla est. Bas. voca. Pr. vxor
 huc. Mer. vir est.
 Hem. Pr. ad dexteram sectite gradū. Mer. vir opte

Quantus grauata incommodis hucusq; vix
Peruenimus. Præ. quid hæc Dromã non miserat?
Iam quispiam fores domus refringet, &
Sustollet omnia. Mer. ausit hoc quisquam, duos
Vbi hoc die suspenderis. Præ. fortassis. At
Cur huc venitis dicite. Mer. omnia cocta sunt,
Rogamus vt venias, priusquam frigeant.
Præ. Non adero cœnaturus. igitur hic maneto
Tu quidem, sed abeat hæc, & adferat
Pinguem anserem, & veruecis armum dexterum.
Anc. Here abire sola neutiq; audeã. Præ. abi in malã
Crucẽ. Anc. here profecto, etsi neces, non audeam.
Mer. Comitabor illã. Præ. haud qua; ades puer Dro
Dr. Hem. Præ. abi domum cum famula, vt (mo
adferat anserem,
Armumq; dexterum, & alia cocta opsonia.
Dr. Quodcunq; nobis iusseris curabimus.
Præ. Pergite citi. Dr. volamus. Præ. heus puer. Dr. qd
Præ. Quod maxie p̄dictũ oportuit, amphoras (est
Vini duas adferre, chlamydem quoq; Dr. licet.
Præ. Sed &. Dr. quid hoc? Pr. horsum. Dr. hem. Præ.
reuerfi denuo
Tantum chlamyda feretis, a st opsonia
A furibus sublata respondebitis.
Intelligenti pauca sufficiunt. Capis?
Dr. Capiõ here recte, luc nanq; abundant omnia.

17

Baf. Silenter hæc mandare se seruo putas,
Sed ventus omnia mihi secundus suggerit.
Merito incidet quam feci (vt spero) foueam.
Euergetes. Præ. hem. Baf. Intro. imminet tonitruū.
Præ. Papæ. Baf. quis exit huc foras? ———

ACTVS III. SCENA III.

Trimetri.

Hieronimus, Bassarus.

Q Vid Bassare

Non pulsitas in maximo discrimine?

Baf. Contra tonitruum & fulminum pericula,

Quid obsecro æris proderit pulsatio?

Hie. Dubitas nefande sacrata tintinnabula

Valere contra tonitrua atq; fulmina?

Frustrâ ne consecrata nebulo existimas?

Abi ocyus, ne quid mali ominis accidas.

Viden' æthera, aëra, aquâ, & solum miscerier?

Et adhuc moraris? Baf. quin morer? nunc proxia est

Epulationis hora, & vnum aut alterum

Præstolor aduentantium, & nunc eijcis?

Hie. Non eijcio te Bassare, at te debiti

Monco atq; consuetudinis. Baf. si eundum erit

Tene obsecro te istanc facem, donec sonum

Pulsantis audis. Hie. tenebo. vt timidus es.

I, differatur cœna & vltra septimam.

Dum pulsat ille commode loquar meæ

Graudio. ———

C. i.

ACTVS III SC. III. Trimestri.

— **A** Hieronymus, Graidiū, Bassarus.
Des mea Graidiū. prodi foras.

Gr. Quid vis? Hic. ades. secretius tecum loquar.

Videntur hi quæsisse non me, sed mea,

Nam Præsidis familia multis indiget.

Et Bassarus vulpinus & dolosus est

Vt cunq; sese res habet, mihi vesperi

Dolos struent, & inferent calumniam.

Vt symbolum vinarium ex me torqueant.

Si scirem adesse Præsidem, haud quāq; domum

Relinquerem. Securius itaq; censeo,

Dum templum adit Custos, redire clanculum, &

Edere domi, fortuna quicquid tribuerit.

Gr. Mecastor ipsum iudico fore optimum.

Bas. Heu heu. Hic. qd hoc? Bas. succurrite. Gr. Au, qd

Fugiamus intro. Bas. apite dū velociter (Bassaros

Hic. quid est miser? cur pavidus es? Num lamia te

Momordet aut striges? quid est quod clamitas?

Bas. In cœmiterio. Hic. quid? Bas. In craniario,

Hic. Quid illic est? Bas. sedet Diabolus. Hic. forsitan

Dentatus. Bas. hej. Gr. respiret obsecro paululum.

Vin? frigidam faciei aquam suffundier?

Bas. Suffundito. Gr. huc aquā. Hic. qd insanitis heus?

Nugatur (vt solet vsq;) perge dicere.

Bas. Dicam haud dolo. Diabolus in craniario

Sedet, atq; bustuaria suis dentibus
 Comminuit ossa. Hic. o flocciozem vellere,
 Vidistin' hunc. Bas. vidi inquam in noctu fulguris
 Laruam nigerrimam. Hic. quid audio? Hic. in
 Prætextus est quod neutiquam pulsaueris?
 Nisi me podagra stringeret, non te quidem
 Urgerem in hoc negocio. Bas. Si ignauiz
 Quod ipse certo deprehendi a scribitur,
 Vel denuo ad templi fores te perferam,
 Quamuis malo mihi maximo iam cesserit.
 Hic. Hac huc ades, curuare plusculum. Bas. licet.
 Scapulis meis incumbere. Hic. sedeo. perge tu.
 Bas. Pergam alacriter. tu Præses expectato nos.

ACTVS III SC. V. Trimetri.
 Præses, Hieronymus, Bassarus, Phorus.

Libet videre huius rei spectaculum,
 Et quem tragœdia sortiatur exitum.
 Iam proximi sunt cœmiterio. Hic. quid hoc?
 Quis iactus hic? Bas. tegulæ, cadunt vi turbinis.
 Hic. Nû tegulæ à tectis cadūt porro? Bas. & procul.
 Hic. Non tegulas, sed ossa suspicor ex sono
 Labentiū. Heu quis crepitus hic? reuertere.
 Bas. Pulsandū erat. nō cōuenit reuertere. Hic. hui
 Quid intuo? Bas. nihil nisi atrum dæmona.
 Hic. Horreo miser. reuertitor. Per omnia
 Te adiuro sacra reuertitor mi Bassare.

Caluarie iactæ volant, & dentibus
Dæmon fremit laruatus in craniario.
Mihî tibiq; timeo, quæso reuertere.
Bas. Te sacra seruabunt. face. Præ. iam suspicor
Transisse cœmiterium, neutrû audio (quis est?
Pergentiû. Ph. ipsum habes? Bas. habeo. Ph. num pin
Bas. Seu pinguis aut macilētus est, habeto eû. Hie. oh
Ne deferas me Bassare. Heus ne deferas.
Bas. Non audio. Hie. si deferas, quis me Deus
Adiuuerit? Ne deferas. Bas. te desero. (heus, ohe.
Me seqre si uales, Ph. bah. Hie. atar. Ph. bah. Hie. atar.
Præ. Quis clamor o ciues? quid est quod audio?
Lamiæ puto d eglutiunt Hieronymum
Et Bassarum. Nugas putaram & ludicra,
At serium quiddam agitur. En Custos prior.
Bas. Aperite dum. Præ. qd agitur? Bas. Intus dixero.
Præ. Hieronymo quid accidet? Hie. aperite dum.
Præ. Et hic podagræ oblitus accelerat gradus.
Vt currit. Hie. heus aperite dum ocys, quia
Teterrimus me à tergo adoritur dæmonum.
Præ. Apage, qd hoc? Hie. fugiamus intro, ibi dixero.

ACTVS III. SC. VI. Trimetri.
Creoborus, Ærarius, Bassarus.

Nimis moratus sum hæctenus post aggerem
Ventrem leuando, rustici quod crassius
Merdando seu cacando dictitant, canisq;

(Vt in parœmia est) in ollam reperit.
 Videtur mihi subinde cernere patibulum.
 Quid patior? Heu miser pauore contremō,
 Nutant genua, come rigent, animus quoq;
 Labascit. An fures putandum pensiles
 (Vt fabula est) quo terreant descendere?
 Recipe animum Creobore, vtriq; postium
 Inscribe q̄ potes citissime notam
 Cretaceam. Hoc insigne Præsidis est, eo
 Ad alterum. Proh Iuppiter quæ chasimata?
 Quæ fulgura & tonitrua. herreo. papa,
 Quid hoc? Adhuc ne viuis Heino? Hein leefdi noch?
 Ær. Quis necuerit? wie sold t mij doot hebben? Cr.
 Væh mihi, Tuam fidem, tuã fidē obsecro. (papa.
 Ær. Sta paululum. Cr. non sto. Ær. vt Dij te furcifer
 Omnes ad vnum concrement. Sta paululum.
 Cr. Non stabo. Ær. si prehendero te, extinxero.
 Cr. Proh proh deũm atq; hoĩm fidē, sicne moriar?
 Adeste populares, adeste Creoboro.
 Bas. Dij boni, quid hic noui clamoris est?
 Quis es? Cr. Creoborus, obsecro mi Bassare
 Succurre mihi. Bas. quid pateris? ecquid clamitas?
 Cr. Aperi subito, nam fur adest, secum trahens
 Crucem & catenas ferreas. Non percipis
 Æris fragores horridos? Aperi ocyus. (dito.
 Bas. Quid mōstri id est? Ingredere raptim. Cr. clau-

ACTVS III. SCENA VII.

Senarij vt præcedentes. Ærarius, Bassarus.

HEUS HEUS. Bas. quis es? Ær. aperi hospes. Bas.
haud quã tibi

Ær. Aperi ne caupo pestilens viro probo?

Bas. Fures probos non censeo. Ær. trifurcifer,

Furti ne me argues? Bas. quis igitur es, palam

Dic pensilis si neutiq̃ fur Heino sis?

Ær. Sum Heino quidem, verum absq; furti crimine.

Bas. Quis igitur es tu? Ær. Ærarius faber omnibus

Notissimns. Bas. tu excussor ille nobilis

Dicaxq; cacabarius? Ær. nosti. Bas. aperiam.

Ær. Quæso breuiter. Bas. ades, agè quid accidit tibi?

Cum Creoboro? Ær. dignissimum risu quidem.

Negocium. Cum ob aëris pericla me

Sub patibulo posuissem, & in somno graui

Lassus iacerem, adest Creoborus (nescio

Quid actitans) & inscius mei (vt extimo)

Forte alterum videbat impellente cum

Vento moueri furem, & arbitrans cum

Viuere, vocabat altius, viuis ne adhuc

Heino? cui tum experge factus reddidi,

Quis me necuerit? Ille mox lapsus fuga

Me hucusq; ludificantem (vt audis) passus est.

Nam vt æris audiret fragorem, & cacabos

Me persequente con cuti, fures putans

Se subleui, ferrore consternatus est.

En fabulam. Bas. pulcherrimam quidē, ita me amet

Mercurius. Introgredere, vt hæc facilius

Recenseas plenissime inter pocula.

Turba instrepat foris, serandæ sunt fores.

ACTVS III. SC. VIII. Trimetri.

Laruati, z. bassarus, Præses, Pastor, Creoborus.

MOm mom. Bas. qs es qui denuo tanq̃ temere
Pulsas fores. Lar. Mom mom. aperi. Bas. vt
actum? Lar. prospere. Bas. hem.

Har. Hic anser est, hic vina sunt. Bas. da clanculum.

Ph. Hæ sunt tuces clauessq̃ Creobori. Bas. bene est.

Et Præsidem atq̃ Hieronymum vocauero.

Har. Mercurius addat, vt quemadmodum hæctenus

Sic & modo alea nostra cadat hic, p̃spere. Bas. heus

Euergetes Pastorq̃ adeste. Pr. quid est? Bas. viden?

Pr. Quid ponitis? La. Mom mō. Hie. duos sesterlios.

Lar. Mom mō. Hie. quaternio ē & vnio. Pr. eni meus.

Hie. Is ternio est & vnio. Pr. me vincitis

Lar. Mom mom. Hie. quaternio quidem est & senio.

Pr. Videte me. Hie. Quaternio est ternio.

Vestra est pecunia. Pr. fatcor. Pastor tuæ

Sunt iam vices. Lar. Mom mō. Pr. vnio est & ternio.

Hie. Meus quidem. Pr. bis vnio. Superatis hunc.

Lar. Mom mom. Hie. qs est? Pr. bis senio. Hie. eni me-

us. quis est?

Præ. Bis ternio. haud secus atq; ego tu vinceris.
Lar. Mom mom. Pr. valete. Lar. haud sic qdē. videte
Pr. Sunt liberi. Har. hæc boni viri pecunia est (nos.
Ad symbolum. Præ. grata est. Bas. adeste liberi.
Venite adeste cæteri. quia cuncta quæ ad
Cœnam attinent, tandem parata & cocta sunt.
Cr. Hospes præi. sequemur acres dentibus.
Bas. Heus tu Creobore affer prius de nucibus ijs
Quas te pro amicis condidisse iactitas.
Cr. Etsi quidem magno redemerim, adferam.
Vos interim libate laridum ac pernulas,
Mox adero. Præ. si mox introibis nescio.
Cr. Quid ais? Pr. nihil. canebā. abi ocyus, & redi.
Cr. Redibo, sed nil adferam, modo sapiam.
Ædes quod expilasse fures dixero.

¶ CHORVS. Dimetri & monometri.

CArnem nutrire sobrie
Prudentis est. Prudentis. Prud.
Putrem; fugere Cypridem
Prudentis est. Prud. Prud. & c.
Argentum & aurum spernere
prudentis est. Prud.
Verasq; opes inquirere,
Prudentis est. Prudentis est. vt sup.
Calcere honorem & gloriam;
Prudentis est. Prud.

Modestiamq; amplectier
 Prudentis est. Prud. Prud. Prud.

ACTVS QVINTVS.

Scena prima. Trimetri.

Creoborus, Ancilla, Famulus.

I Am ferme tempus regrediendi ædes meas
 Non introiui, neq; enim necesse erat
 Q; inde nil proferre destinaueram. Hui,

Exaudio plorantium voces, Dromi

Dromæq; clam auscultabo, quænam causa sit.

Anc. Me miseram, vt hæc dies mihi infausta accidit.

Fa. Vt tu times. Quid misera & ante tempus es?

Cum herus tibi nihil ciborum iusserit

Adferre, sed sublata dicere clanculum,

Iam nil tibi indignabitur animo offero,

Et si quidem iram finxerit. Anc. scio id quidem,

Verum dies dum crastinus diluxerit,

Et carniū viniq; facta mentio,

Quid misera tunc dictura sum, dum singula

Sublata vere exaudiet? Totam simul

Causam facinoris ingeret mihi, quod meam

Per negligentiam ostium non clausurim.

Fa. Sat sit sua malicia diei crastinæ.

Fortè aliud intercesserit, quo tu quidem

Secura sis. Cr. factum probe, factum bene.

Nam (vt audio) sublata sunt opsonia:
 Sordes vide atq; astutiam, volebat hæc
 Meopte more ablata furto dicier,
 Sed fraude captus speq; inani fallus est
 Iam loquor ad hos. Quæ pone me vox personat?
 Nō te Drome audio? Fa. Dromā hęc. Cr. scio equidē
 Opsoniorum vos onustos pondere,
 Vultis ne tanta sarcina lenarier?
 Anc. Heu Creobore, haud tua ope indigetis. Non
 (Vt tu putas) opsonijs vino ve, sed (enī
 Luctu & dolore magno onusti regredimur.
 Cr. Quidū? Anc. ga oīa quæ parauerā & coxerā ad
 Cœnam, per improbos viros sublata sunt.
 Cr. Quid audio? Anc. qd verū. Et ipse haud disparā
 Laboro miser incommodo, quia optimas
 Pro amiculis, qui me subinde vocant suum ad
 Symposium, quas emeram dudum nuces,
 Fur quispiam hæc eadem in hora surpuit.
 Vereorq; ad hos qui me volebant has nuces
 Adferre, manu (vt aiunt) inani regredi.
 Sed ostium crepuit, notabo quis exeat.

ACTVS V. SCENA II.

Tetrametri.

Præses, Bassarus, Serui. z. Creoborus.

TRāquillior fit aura, & aër est serenior, qd est
 Bassare quod vsq; adhuc morantur serui, &

haud nobis ferunt

Opsonium. Bas. fortasse nondum excoctū erat. Fa.
nos adsumus

Here. Pr. ecqđ vsq; adhuc morati estis redire? Fa. prę
Timore non pręsumpsimus redire, nam quę hęc
coxerat

Furto vniuersa ablata sunt. Pr. furto vniuersa abla-
Fa. Ablata sunt. Pr. hęc ob tuam impu- (ta sunt?
rissima & socordiam,

Et negligentia accidisse quis ambigat? Repagulum
Quin' obdidisti ianuzę? Anc, tuā fidē here seraueram
(Ita me Deus amet) ostium sollitius, q̄ vnq; antea.

Pr. Mentiris impurissima. huc porrigite fustē quer-
Bas. Vt simulat iram sordibus. Remitte (neum,
quæso Euergetes.

Ne verbera. curauerit posthac puella. cautius.

Pr. Nescis profecto Bassare, quantis iners hęc fœ-
mina

Nos afficiat incommodis, damnis ferendis neutiq;.

Remitto tamē hanc, ob tuos pro ea precatus, noxiā.

Ingredimini, caremus interim famen donarijs.

Bas. Suffecerint hęc nostra fercula. Heus Creobere
quin venis?

Habēs ne iuglandes? Cr. per hanc furum licentiā q̄q;

Spoliatus heu iuglādibus manib; reuertor inanibus.

Pr. Mētitur impudēs, eat malā in crucē. dare renuit.

Bal. Tantum ne impartirer graueris sodalibus?
Pr. Nos intro eam. hic foras. Ba. ruc relinq arbitrio.
Pr. Dic serio, postes notasti patibuli? Cr. neq; tetigi.
Neq; non tetigi. Pr. vt oēs Di; te perduāt, me iuferis?
Cr. Non iulero, aut scellero, Si admiseris non tetige
ro. at

Tetigero si me excluseris. Pr. admitto, dic iam serio.
Cr. Possē alterū dūtaxat insigniueram, nā ab altero
Me terror aspulit. Pr. Introi. iat pro mea sententia.
Ingredere adhuc sunt reliquie quas colligas. Cr. col
legero.

O diua Sattiritas, lues quanta pectusonibus imminet.
O quanta pernis, sum ini, farcimini, tomaculo.
Exit Merinna, commodū, iam nulla pūlsandi mora.

ACTVS V. SCENA III.

Trimetri.

Merinna, Præses.

I Am tempus est Euergetes regredi domum
Et gratias referre nostro Bassaro,
Qui vesperi nostram aluit omnem familiam.
Pr. Vt vxor es sollicita, cras duplum domi
Nostræ reperidero. Cuncta namq; opsonia
Quæ coximus, restant adhuc domi integra.
Nam iusseram dolo ministris dicere,
Furto quod inuolata & expilata sint.
Mer. Res improba est & sordida hæc Euergetes.

Si nany tandem istuc resciscat Bassarus,
 De decori erit cum sempiterno opprobrio
 Tibi mihiq; & omnibus domesticis.
 Præ. Vocemus igitur Bassarum & sestertios.
 Sex largiamur. Heus ad es dum Bassare
 Adesto Pastor. tu vxor introi. Mer. hem. Bas. ad su-
 Pr. Ago gratias de benevolentia tua, & (mus.
 Humanitate maxima, in me, & in meos
 Exhibita, & hos dono duos sestertios
 Pro symbolo. Hic. hos duos quoq; ego mi Bassare
 Ad symbolum dono, simulq; gratias
 Ago maximas de humanitate præstita.
 Voloq; (si non sit graue) die crastino
 Compareas cum Præsede atq; vxoribus
 In prandio. Nam commodi tantum quidem
 Peperit timor mihi vesperus, podagræ dolor
 Vt omnis abierit semel. Pr. si tu voces
 Nos Pastor omnes crastina ad tua prandia,
 Te Pastor, & cum vxore Bassarum, volo ad
 Suffrigidas cœnas domi meæ simul
 Adesse vesperi. Hic. facile parebimus.
 Bas. Pecuniam gratam habeo vestram duplicem,
 Vocatio quoq; vtriusq; per placet.
 Paucis tamen volo singulis præsentibus
 Vobiscum ad extremum loqui. Pr. loquere palam.
 Prodi te singuli foras. Cr. simul ad sumus

ACTVS V. SCENA III.

Trimetri.

Bassarus cum Grege.

Vobis quidem inseruiui amici non meis,
Sed omnium vestrum libens impendijs.

Quas Pastor hoc die ad voluptates tuas

Escas paraſti clancularias, tibi

Non atq; hypocrifi atq; cognatae tuæ,

Has ipse Præſide ſuggerente ſuſtuli. Hic. En.

Gr. Hahahe. Hic. vt es ſemper tui ſimillimus.

Baſ. Tu Præſes ea quæ habere te domi putas,

Sublata furto mentientes opſonia,

Ipoſa tibi nunc appoſui edenda veſperi. Pr. En.

Gr. Hahahe. Pr. vt uſq; Baſſarus hic eſt Baſſarus.

Baſ. Et tute ades bone vir Creobore, qui nuceſ

Dementiens domi te habere creduiſ,

Nunc ipſe eaſdem frangiſ atq; deuoraſ.

Gr. Hahahe. Cr. vt hoc digniſſimum. quia credidi

Clauem tibi domuſ meæ atq; Præſidiſ.

Pr. Meæ? profecto inſigniſ eſ nebulo. anne abis?

Cr. At cum famelicum foraſ me truſeraſ?

Gr. Hahahe. Baſ. remitte. Pr. remitto. Cr. referã gra

Baſ. Nũc tandẽ & ipſe ago iure vobiſ grãſ, (tiã.

Sartaginiſ Bacchiq; veſtri particeps.

Adeoq; reddo, quam dediſtiſ ægriuſ,

Pecuniam hanc hilariter in bella ria,

Ut edamus & bibamus ampliter. Tibi
 Quoque Pastor (vt sale condias) cum illuxerit
 Mihi crastinus, reddam suam, quam tibi vaser
 (Vt dignum erat iustumque) dudum sustuli.
 Hic. Tun' mihi? Bas. sile. Hic. Nū iustū & equū Bassa
 Bas. Æquissimum. Nā cū suam & tomacula (re.
 Sublata furto callide me conscio
 A cæde diuulgaueris, tomacula, ne
 Ex more cogereris impartirer
 Pluribus in hac vicinia, nonne merito
 Suam tibi & tomacula cruda sustuli,
 Et assa cum probis edenda præbui?
 Gr. Æquissimum. Hic. sed vafriem illam tu mihi
 Suggesteras. Bas. suggesteram. at fœdam nimis
 Tenacitatem haud ego tibi, sed Graidium
 Suggesterat. num idcirco merito plecteris?
 Hic Meritissime fateor, & hanc sarciminum
 Iacturam ego æquo animo feram, modo succulam
 Recepero. Gr. hahahe. Bas. cras recipies succulam
 Et integram & saluam. Hic. bene est. Sed vt accidit?
 Bas. Non huius est quidem loci vel temporis
 Referre cuncta. Ingremini intus dixerō,
 Vos qui modum spectastis hæc quo facta sunt,
 Nil audietis amplius. Iam plaudite.

¶ FINIS BASSARI.

A 199 0260

